et ad extremum de civitate
exire compulsus · italiam re-
petens · Cum inter gallias quoque
discessu sancti hilarii quem ad-
exilium hereticorum vis coe-
gerat turbatam ecclesiam com-
perisset · mediolani sibi mo-
nasterium statuit · ibi quoque eum aux-
entius auctor et princeps ar-
rianorum gravissime insectatus
est multisque affectum in-
iuriis de civitate exturbavit
Cedendum itaque tempori
arbitratus ad insulam cui
gallinaria nomen est seces-
sit · Comite quodam presbitero
magnarum virtutum viro · hic
aliquamdiu radicibus vixit
sanctus martinus herbarum · Quo
tempore helleborum venena-
tum ut ferunt gramen in ci-
bum sumpsit · Sed cum vim ve-
neni in se grassantis vicina
iam morte sensisset · immi-
nens periculum oratione repulit
· Statimque omnis dolor fugatus
est

Et multo post cum sancto
hilario comperisset regis
penitentia potestatem in-
dultam fuisse redeundi rome
ei temptavit occurrere · pro-
fectusque ad urbem · Cum iam
hilarius preterisset · ita eum

est vestigiis prosecutus · Cumque
ab eo gratissime fuisset su-
sceptus · haud longe sibi
ab oppido monasterium col-
locavit · Quo tempore se
ei quidam cathecuminus iunxit
cupiens sanctissimi viri institui
disciplinis · Paucisque
interpositis diebus · languore
correptus vi febrium labo-
rabat · Ac tum martinus
forte discesserat · Et cum
per triduum defuisset regressus
exanime corpus invenit
Ita subita mors fuerat
ut absque baptismate hu-
manis rebus excederet
Corpus in medio positum
tristi merentium fratrum fre-
quentabatur officio · Cum mar-
tinus flens et heiulans
accurrit · Tum vero tota
sanctum spiritum mente concipiens
egredi cellulam in qua corpus
iacebat ceteros iubet · Ac
foribus obseratis super ex-
animata defuncti fratris me-
bra prosternitur · Et cum
aliquamdiu orationi incubuisset ·
sensissetque per spiritum domini ad
esse virtutem erectus pau-
lulum et in defuncti ora
defixus orationis sue ac mise-